



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De contritionis veritate aureum opus Fratris Joa[n]nis
Viualdi de Monte regali. ordinis fratrum predicatoru[m]
sacre pagine professoris**

Vivaldus, Joannes Ludovicus

[Augsburg], 1518

VD16 V 1772

Primu[m] remedi[u]m [con]tra luxuria[m] est truncare immundas
cogitationes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30734

De remedijs cōtra

Luxuria est viscosa quae semper inibi trahunt ad nefas: eo quod luxuria est quaedam viscosa voluptas et delectatio delectatio rito maxime adhaerens: quae fit ut quae semel prave consuetudines acciperint nequaquam facile ad rectitudinem veritatis possit resurgere. Propterea raro ut adolescentule quae in tenera aetate corrumpuntur sunt postmodum continentiores: quae visitata culpa obligat mentem. Nam a scelere in scelus furibundo impetu labuntur: ab adolescentia quaedam transiunt ad iuueturam: a iuueture ad virile aetatem et tandem in senectam et senium: quod nil miserabilius homini contingere potest. Hinc **Dares** Cullus in .j. li. de officijs ait. Luxuria pro cum ois erati sit turpis: in senectute feridissima est. Si igitur tales facti luxurie imersos diligenter inspexeris: videbis illos ingenio obrutos: et quae ad spiritualia mente cecatos: ut prope quod nil penitus percipiunt de his quae dei sunt: quae cecitas mentis tollit fere oim rerum spiritualium cognitionem ut dicit sanctus **Thom.** Sed si clerici aut religiosi fuerint in huiusmodi miseris habituati: efficiunt quersu et reprobes proceptorum ac ceremoniarum religiosorum suorum: ambulantes ut caeci quod domino peccauerunt. Et biculsi sunt pessimi et incorrigibiles: ac ceteris deteriores. Tales enim sunt quaedam habent certa bona desideria more illorum quae detinent in cōpedibus: quae habent electiones eundem ad peregrinationes: et pia desideria facienda elemosynas: sed quae ad executionem sunt ligati et infirmi. Sic pariter libidinosa mens habet quicquid pia desideria bene viuendi ac exequenda facti luxurie: sed natura assuera viscositate venerorum ad mores recurrit vanatos luxura et mutari nescia. Hinc **Quid.** in .j. li. de remedio amoris: sic ait.

Sed quae delectat veneris decerpe fructus.
Dicimus assidue: cras quae fiet idem
Interea tacite serpunt in viscera flamme.
Et mala radices alti arbor agit.

Hec Quidius.

Quia igitur consuetudo est quae vicia aut virtutes alit: ut ait Hieronymus ad demetriam. Sed dum adhuc mobilis est aetas et animus ducti facit: exercenda est boni consuetudo ac optimis rebus occupandum ingenium: quae teste **Quidius** in primo li. de remedio amoris. Qui non est hodie cras minus aptus erit. Propterea quae in iuuentute inhoneste vixerunt in senectute casti dicendi non sunt. Unde **Isidorus** in .ij. li. de summo bono. c. xxxix. ita inquit. Quidam in iuuetute luxuriose viuentes in senectute continentiores fieri delectant. et tunc eligunt seruire castitati: quoniam eos libido seruos habere praesentit. Neque quae in senectute continentiores vocandi sunt: quae in iuuetute luxuriose vixerunt. tales non habent praesentium: quae laboris non habuerunt certamen. Eos enim expectat gloria in quibus fuerunt laboriosa certamina. Hec **Isidorus**. Ut igitur valeamus pudicitiam nostram domino consecrare ac libidinosos laqueos eterne mortis euadere: debemus totis reasumptis virtutibus cunctas occasiones luxurie scindere: iuxta praesentium diuisi Hieronymi scribentis ad principiam in explanatione illius praesentium. Eructavit cor meum: epistola incipit. Scio mihi Principia: ubi dicit sic. Scias virginitate pudicitie gladium semper habere per quae truncat opera carnis et superat voluptates. Gentium quae error deas virginum fingit armatas. Hec Hieronymus. Poterimus itaque imoderatas libidines atque opera carnis superare si nouerimus remedia habebimus quae sequuntur.

Primum remedium contra luxuriam est truncare immundas cogitationes.

Primum igitur remedium quod viti debemus ad truncandum opera carnis est repulsio turpium ac malorum cogitationum. Unde **Isidorus** in .ij. li. de summo bono. c. xxv. dicit sic. Magna obseruatio circa cordis custodiam est adhibenda: quae aut bone aut male rei ibi consistit origo. Nam scriptum est. Ex corde exeunt cogitationes male. Ideoque si prius cogitationi resistimus in lapsu operis non incurramus. Hec **Isidorus**. Item in eodem li. c. xxxix. ait. Antequam perficiatur adulterium in opere: iam extrahatur adulterium in cogitatione. Ex corde enim primum fornicationes sunt auferende: et non prius postea in opere.

Et propterea iuxta sententiam Hieronymi ad Demetriam. Ad primum animi motum debemus approbare vel reprobare id quod cogitamus. vel bonas cogitationes alere vel statim malas extinguere: quod non solum consensus in actu peccati mortale est peccatum mortale: sed etiam consensus in delectatione peccati mortalis est peccatum mortale: ut dicunt doctores catholici: signanter Robertus holkor super librum Sapientie. lectio. lxxj. Jo. Aug. in libello de honestate mulierum: dicit sic. Voluntas propria facienda reputatur pro opere facta. Et Hieronymus ad Rusticum monachum ait. Ne nobis quod quoties concupiscimus toties fornicamur. Etiam Lactantius in. vij. li. diuinarum institutionum. c. xxij. dicit sic. Preterea non tantum adulterium esse vitandum: sed etiam cogitationem neque aspiciat alienam: et animo concupiscat. Adulterium enim fieri mentem: si vel imaginem voluptatis ipsa sibi deprehenderit: mens est enim perfecta que peccat quod imoderate libidinis fructum cogitatione complectitur. In hac crimen est: in hac omne delictum. Nam et si coram deo nulla sit labe maculatum: non constat tamen pudicitie ratio si animus incestus est. nec illibata castitas videri potest: ubi conscientiam cupiditas inquinavit. Hec Lactantius. Quando ergo libidine aut turpes cogitationes cor nostrum aggrediuntur tunc debemus illud dirigere ad cogitandum quattuor nouissima. Primo cogitanda diem mortis tue in qua eris ab omnibus derelictus: et coram eterno iudice presentatus: ibique daturus rationem de omnibus operibus tuis. Vere (ait Seneca) libidinis incitium continebis si exitum cogitaueris. Hinc Hieronymus ad Furiam: epistola incipit. Obscecras literis dicit sic. Cogita quotidie te esse morturam et nunquam de se cunctis nuptiis cogitabis. Secundo cogita eternitatem penarum inferni et qualiter momentanee sunt libidinosae delectationes: sed cruciatus eterni. Unde Augustinus in libello de honestate mulierum dicit sic. O quanta iniquitas: o quanta perversitas ut anima quam Christus suo sacro sanguine redemit luxuriosus quisque propter vniuersum momentaneam delectationem libidinis diabolo pessimo inimico suo vendit ac tradit. Vere nimirum miseranda et plangenda conditio est ubi cito preterit quod delectat: et permanet sine fine quod cruciat. Sub momento enim libidinis impetus transit et prima sententia in libidinem facta quod me delectat modo: et postea penam agat. quasi dicat. Percussio me cruciat delicti gladio et postea vadam ad medicum. Vbi miser homo nescit quod vniuersum horum puncto vulnus accipit: sed vix longo tempore ad sanitatem pristinam reuocatur. Qui enim fornicatur dicit penitentiam se acturum: quare non timet ne cum substantia febricula: vel aliquo casu subito mors superveniens rapiat et pereat dilatio et succedat eterna damnatio. Hec Augustinus. Etiam Iulianus in. ij. lib. de summo bono. ca. xxxij. ita inquit. Quando impulsu demonum mens ad delectationem fornicationis impellitur: diuini iudicii metus et eterni tormentorum incendium ante oculos proponant. quod nisi mentium omnium pena grauioris supplicij formidine superat. Sicut enim clauus clauum expellit: ita sepe recordatio ardoris gehenne/ardore excludit luxuriam. Hec Iulianus. Tertio cogita tremebunda die extremi iudicii in qua detegentur omnes turpitudines peccatorum in conspectu omnium gentium. Si enim in hac vita tantum verecundamur de peccatis luxurie: quod erit in conspectu totius mundi. Hinc Hieronymus ad Fabiolam: epistola incipit. Usque hodie in lectione veteris testamenti: dicit sic. O quantum te sperges et quantum pudicitia in die iudicii dehonestabit: et quantum pudicitia infamata a deo iudice coronabit. Et ad Pamachium et oceanum in epistola que incipit. Qui ethiopi inuitat ad balnea: ita inquit Hieronymus. Aderit illa dies que facta nostra quasi in quadam tabula depicta monstranda sunt. O quantis in die illa exelinguet et multos feliciores loquacibus erunt. Et quanti illi et rustici oratores. Et quanti hebetes argutius preferendi sunt ciceronis. Item Hieronymus ad Asellam ait. Ante tribunal Christi stabimus: ibi patebit quia mente quisque viderit. Quarto cogita qualiter dominus Iesus Christus qui est rex regum et dominus dominantium: et

Aurea
sententia in
libidinem

De remediis cōtra

Exem
plū nota
bile.

pariter regina celi purissima virgo **D**aria: et omnis militia angelorum spirituum
atque tota curia supernorum civium sanctorum et sanctarum dei intuent omnia vitia ac turpia que
fiunt in hoc mundo. **Q**uoniam debent libidinosi homines erubescere. Propterea legi-
mus de abbate effrem viro sanctissimo ex tali cogitatione quendam meretricem quertit
se ad deum. Nam fingens de industria dixit illam ad se civitatis vicem ei ut pme-
teret se tibi carnaliter cognosce. At illa respondit quod nullo modo auderet per verecundiam
in conspectu astantium hoc facere. Tunc ille subluxit. Et quare soror mea non verecun-
daris tam grades ac ratas miseras peccatorum carnalium coram tota celesti curia comite-
tere: ubi sunt quasi infinita milia: respectu unius que te hic intuet: sicque fracta in la-
chrymis vera egit penitentiam. Et sic patet de primo remedio luxurie.

Secundum remedium contra luxuriam est corrigere linguam ne turpia verba aut
scurrilia proferat.

Secundum remedium contra carnales voluptates est abstinere a verbis im-
mudis ac turpibus: quod ut inquit Paulus. Corruptunt bonos mores colloquia
prava. et fido. ait. Vanus sermo cito polluit mentem et facile agit quod libi-
benter audit. Etiam Hugo in libro de anima inquit. Vanus sermo vane conscientie est
index. mores hominis lingua pandit. Quis sermo ostendit talis animus approbat: quoniam
ex abundantia cordis os loquitur. Hinc Hieronymus ad demetriadem in epistola que incipit. Si
summo ingenio: dicit sic. Sic autem sermo virginis prudens/modestus / et rarus: nec
tam eloquentia preciosus quam pudore. Dixerunt omnes tuam te tacete verecundiam:
loquere prudentiam. Vite ac placidum semper eloquium tuum: ornet mixta cum grauitate
suauitas: cum pudore sapientia sit certa atque librata suisque opportunitate gra-
uissimi silentii. hec Hieronymus. Item Hieronymus ad demetriadem in alia epistola que inci-
pit. Inter omnes materias que ab adolescentia usque ad hanc etatem dicit sic. Nunquam ver-
bum inhonestum audias: aut si audieris irascaris. perdit meos hominum uno frequen-
ter leuiter sermone tentat claustra pudicitie. Ridere et irrideri secularibus
relinque. Grauitas tuam personam decet. Latoneque illum dico censorium et vestre
quondam vobis principem qui extrema etate grecas litteras non erubuit censor: nec de-
sperauit senex discere. et Marcum crassum semel in vita sua scribit risisse Lucillum.
unde et Psal. de. Irascimini et nolite peccare. hec Hieronymus. Et ad mauricium filium
litem ait hieronymus. Lapsus emissus / sermo platus. quapropter diu antequam proferat co-
gitandus est. Cum enim verbum sit nuntius cordis: sicut bonus homo de bono thesauro
cordis sui profert ea que bona sunt: ita malus de malo thesauro cordis pro-
fert mala. Etiam quod ex abundantia cordis os loquitur: ut dicitur Mat. xij. ca. Jo sanctus
Thoma in. ij. q. clij. ar. v. in responsione ad. iij. arg. dicit quod luxuriosi quorum cor est
turpibus delectationibus plenum et concupiscentiis: de facili ad turpia verba et scur-
rilia prouincit. Luxuriosus quoque delectationem querit. ideo verba sua ad dele-
ctationem ordinat unde prouincit in verba ludicra. Et quod luxuria causat cecitatem
mentis ex hoc luxuriosus prouincit in stultitiosa. Hinc moralis Gregorius. in. vij.
lib. moral. c. xxxij. dicit sic. Nam dum otiosa cauere verba negligenter ad noxia per-
uenimus ut prius loqui aliena libeat: et postmodum detractationibus eorum vitam: de quibus
loquitur lingua mordeat. Quandoque autem usque ad aptas contumelias erumpat.
Hinc seminant stimuli: oriuntur rixae: accedunt faces odiorum: patet tota extinguitur
cordium. hec Gregorius. Et sic patet de secundo remedio contra luxuriam.

Oculus
intus se
lus est pi-
culosior.

Tertium remedium contra luxuriam est auertere oculos a vanitatibus.
Oculus dicitur est: quod occultum lumen habet. id est secretum: vel intus repositum.
Hinc sensus vicinior est cerebro vnde omnia manant: ut inquit fido. et ideo
mens et voluntas ex oculis magis dinoscitur: sicut ergo oculus est inter omnes
sensus nobilior: ita et periculosior. Propterea ad euadendum luxurie laqueos cu-
stodia oculorum summa cum diligentia a vano mulierum aspectu obseruanda est. Unde
Augustinus in libello de honestate mulierum: ita inquit. Quod si aliquis carbonem appre-